

Pergamentstreifen sichtbar, vom Siegel eine ganz schwache gelbbraune Spur.

Domine et amice precarissime. Noveritis dominum imperatorem festinare cum magna leticia ad succurrendum fidelibus suis, et die Martis vel die Mercuri¹ ad tardius erit in Sacilo; scientes, quod palam et publice loquitur modo contra dominum Bernabovem, postquam invasit imperium, maxime locum, ubi dominam imperatricem publice mandaverat collocari². Et vere al(ias) videbatur michi totus dubius propter litteras sibi datas, et ideo, licet turbatus fuerit, quando primo auditit istas novitates, dubitans perdisse passum et pontes, tamen visis litteris domini mei Paduani³ et dominorum de Mantua ita gavisus est, quod vere numquam ipsum ita vidi letari, sicut breviter vobis dicam. Quare pro Deo faciatis vigilare dominos predictos et dominum meum cardinalem⁴ et dominum marchionem⁵, quod omnino pontes custodiantur usque ad adventum domini imperatoris, quia ipse est opinionis, quod si dominus Bernabos esset ante Bononiam vel Paduam comburendo et destruendo omnia, quod prius debet succurri isti seralio⁶ occ[u]pato. Omnino expedit, quod et etiam domino vestro et meo, quod veniatis ad Sacillum, ut sitis semper presens in consiliis propter aliqua, que possent contingere, maxime me absente, quia statim, cum ero in Sacillo, intendo recedere et non ante. Et rogo vos: predicta notificetis domino meo Albanensi et eciam domino Iohanni de Senis⁷ immediate visis presentibus. Insuper noveritis, quod dominus imperator tam de suo quam de decimis stipendiavit ultra Vque milia barbutarum, et credo vere, quod ante finem mensis sequentis habebit ultra sex milia. Conservare vos dignetur altissimus feliciter, prout opto.

Scriptum in Iudenburga, die XX. Aprilis.

Vester totus prepositus Nemausensis, sedis apostolice nuncius.

e) Seit Anfang April 1368 standen die Gonzaga gemeinsam mit ihrem Bundesgenossen Nicolaus von Este im

1) 25. — 26. April. 2) Mantua; cf. BH 4650. 3) Wohl Bischof Pileus, der spätere Kardinal. 4) Anglicus von Albano; s. Werunsky III, 379; BH 4657a. 5) Nicolaus von Este. 6) Das Schanzenwerk bei Borgoforte südlich von Mantua, vgl. BH 4657b. 7) Wohl der 1367 (BH 4532) und 1369 (BH 4719 und 4720) genannte Rechtsgelehrte.